



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1063. Usque Ad Annum 1100

**Fleury, Claude**


**August. Vind. [u.a.], 1761**

**VD18 90117964**


§. 1. Concilium Romanum Septimum. Rudolphus Rex confirmatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66363)



HISTORIA  
ECCLESIASTICA.  
LIBER LXIII.



S. GREGORIUS VII. PAPA.  
HENRICUS IV. IMPER. OCC. NICEPHORUS  
BOTANIATES IMPER. ORIENTIS.

§. I.

*Concilium Romanum Septimum. Ru-  
dolphus Rex confirmatur.*

Anno millesimo octogesimo ineunte Sæculum XI.  
Rex Henricus sperans, se cum exer- A.C. 1080.  
citu Saxones pugnae necdum ac- Bruno. Bell.  
cinctos occupaturum, in eos ad quem- Sax. p. 146.  
dam locum, *Flatebeim* dictum inveni-  
tur. Sed illi sub Regis Rudolphi & Ot-  
tonis

D d 5

tonis

*Sæculum XI.* tonis Ducis auspiciis hostem irruentem  
*A.C. 1080.* armis strenue excipiunt, vincunt, & Re-  
*Berthold.* gem Henricum in fugam vertunt. Hoc  
*Chr. 1080.* prælium, inter æmulos tertium, Feriall.  
 vigesima septima Januarii initum est,  
 misitque illico Rex Rudolphus nuncium,  
 qui reportatam victoriam Gregorio Pa-  
 pæ, Concilium Romæ sub initium Qua-  
*to. 10. p. 381.* dragessimæ celebranti, significaret. In  
 eo Papa Constitutionem confirmavit, ne  
 Investituræ deinceps conferrentur, vel  
 acciperentur. Sententia etiam ex-  
 communicationis contra Theodaldum  
 Mediolanensem, Guibertum Ravenna-  
 tem, aliquot alios Episcopos, & contra  
 Normannos in Italia Ecclesiæ fundos di-  
*Sup. lib.* ripientes iterum lata. Damnavit quo-  
*LXII. §. 53.* que Gregorius Pœnitentiam quorum-  
 dam non sinceram, prohibuitque, ne Fi-  
 deles perquirent viros, scientia & vir-  
 tutibus destitutos, a quibus pœniten-  
 tiam acciperent. Videlicet præter Pa-  
 stores legitimos complures Abbates Mo-  
 nachique in officium injungendi pœni-  
 tentiam se se ingerebant. Hac de re  
 querelæ jam tempore Leonis IX. motæ  
 fuerant, apud quem S. Gervinus Abbas  
 S. Richerii ad se purgandum compulsus  
*vit. S. Gervi.* est, quod cum non esset Episcopus Ver-  
*n. 22.* bum Dei prædicaret, & sine Papæ licen-  
*Al. Ben.* tia confitentes audiret. Item in hoc  
*Sac. 6. p. 2.* Concilio Romano præcipitur, ut Electio-  
*p. 330.* nes

nes Episcoporum legitime fiant, nempe <sup>Sæculum XI.</sup>  
 ut Sede Vacante Episcopus Visitator, <sup>A.C.1080.</sup>  
 a Pontifice vel a Metropolita delegatus,  
 Electionem a Clericis populoque libere  
 peragi curet. At nullum hujus Synodi  
 Romanæ Decretum celebre magis edi-  
 tum, quam Excommunicationis Senten-  
 tia in Regem Henricum lata. Ista, sicut  
 prior ad S. Petrum & S. Paulum dirigi-  
 tur, & postquam retulit Papa, quod hunc  
 Principem a priore Sententia absolverit,  
 addit: *Episcopi & Principes ultramon-*  
*tani, cum comperissent, quod ea, quæ mi-*  
*bi Henricus promiserat, non impleret,*  
*desperata ejus Salute, sine meo consilio,*  
*cujus vos, Sancti Apostoli, testes estis, Ru-*  
*dolphum Ducem in Regem sibi elegerunt;*  
*is misso celeriter ad me Nuncio, indica-*  
*vit, se coactum Regni gubernacula susce-*  
*pisse, pollicitus etiam mihi in omnibus obe-*  
*dientiam se præstiturum, exinde semper*  
*sibi ipsi constans obtulit, se mihi suum &*  
*Ducis Bertboldi filium obsides, si peterem,*  
*missurum esse.*

*Interea Henricus me rogabat, ut ipsi*  
*contra Rudolphum auxilium ferrem, cui*  
 *respondi, id me lubenti animo facturum,*  
*si modo utriusque Partis argumenta au-*  
*divissem. Sed ipse, cum crederet, se suis*  
*viribus Adversarium vincere posse, meum*  
*responsum sprexit. Ut vero intellexit,*  
*quod a spe sua falleretur, Episcopis Vir-*  
*dunenſis*

Sæculum XI. *dunensi & Osnabrugensi Romam missis ro-*  
A.C. 1080. *gavit, ut in ipsius causa, quod æquum es-*  
*set, decernerem, id ipsum Rudolphi Lega-*

Henricus de- *tis approbantibus. Tandem in Concilio*  
 ponitur. *statui, ut ultra montes Conventus agere-*

*Sup. lib.*  
*LXII. §. 56.*

*tur. Hic Pontifici sermo est de Conci-*  
*lio anni superioris; tum addit, Henri-*  
*cum, cum celebrando Concilio obstacu-*  
*la posuerit, se ipsum anathematis vincu-*  
*lo alligavisse. In fine Papa Henricum*  
*& Fautores ejus Excommunicationi sub-*  
*jicit, eundem Regnis Teutonico & Ita-*  
*liæ privat, ita ut in bello omnibus viri-*  
*bus destituatur, ejusque Signa nunquam*  
*sequatur victoria. Rudolpho autem*  
*Regnum Teutonicum donat, & omnibus*  
*Fidelibus ejus Fautoribus absolutionem*  
*omnium peccatorum suorum, atque Be-*  
*nedictionem SS. Apostolorum pro hac &*  
*futura vita largitur. Tum adjicit, ser-*  
*mone semper ad SS. Apostolos Petrum*  
*& Paulum directo, Agite nunc quæso Pa-*  
*tres & Sanctissimi Principes, facite, ut*  
*totus mundus intelligat vestram potesta-*  
*tem. Nam si in Cælo ligare & absolvere*  
*potestis, cur non etiam in terra Imperia,*  
*Regna, Principatus, Ducatus, Marchias,*  
*Comitatus, & omnium hominum opes, pro*  
*meritis eorum dare aut tollere possitis?*  
*vos sæpe ab indignis Patriarchatus, Pri-*  
*matus, Archiepiscopatus, & Episcopatus*  
*ablatos dignis viris dedistis; si autem Spi-*  
*ritua-*

ritualia iudicatis, quid vos in Sæcularibus posse credendum est? Si Angeli, omnibus superbis Principibus dominantes, iudicio vestro subiecti sunt, quanto maiorem potestatem in eorum mancipia acceperitis? (\*) Addiscant nunc Reges & omnes Sæculi Principes, quanta sit vestra auctoritas, quanta potentia. Timeant parvipendere præcepta Ecclesiæ vestræ; & tam cito iram vindicem in Henricum effundite, ut omnes cognoscant, non fortunæ arbitrio, sed vestra potestate & voluntate factum, ut caderet. Utinam confundantur & ad salutarem pœnitentiam adducantur. Hoc Decretum septima Martii anno millesimo octogesimo datum. (\*\*)

Eidem

(\*) Verba S. Pauli ad 1. Cor. cap. VI. *An nescitis, quoniam Sancti de hoc mundo iudicabunt? & si in vobis iudicabitur mundus, indigni estis, qui de minimis iudicetis? Nescitis quoniam Angelos iudicabimus? quanto magis Sæcularia? Sæcularia igitur Iudicia si habueritis, contemptibiles, qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad iudicandum, certe de potestate viro- rum Ecclesiasticorum in Regna & Reges explicari non possunt; nam dicit Apostolus, omnes Beatos in extremo iudicio mundum & Angelos esse iudicatu- ros; & cum subjungit, contemptibiles ad iudicandum esse constituendos, utique viros Ecclesiasticos non intellexerit.*

(\*\*) Hic addit Palatius: Inde Conventu dimisso

Sæculum XI.

A.C. 1080.

**Sæculum XI.** Eidem Concilio Romano interfuere Archiepiscopus Turonensis & Episcopus Dolensis, quorum lis, quamvis Pontificem multum fatigaverit, dirimi non potuit. Archiepiscopus Turonensis proferebat acceptas a Pontificibus epistolas, quibus probabat clarissime, Britanniam teneri Ecclesiam Turonensem, suam Metropolim, cognoscere. Contra Episcopus Dolensis nullum edebat titulum, nec etiam solida ratione suum jus firmabat. Quia tamen dicebat, se aliquod Documentum, causæ suæ serviens, in patria reliquisse, visum est Pontifici, inducias esse concedendas, & mittendos ad ipsum locum Legatos, qui audita utraque Parte, tandem sententiam pronunciarent. Hæc ex epistola Papæ ad omnes Episcopos Britanniae & Ecclesiam Turonensem directæ, atque octava Martii anno millesimo octogesimo data, cognoscimus.

*VII. ep. 15.*

§. II.

*Manasses Archiepiscopus Remensis damnatur.*

*Chro. Vird. p. 205.* Præter ea, quæ retulimus, in hoc Concilio

missio Papa Regiam ad Rudolphum coronam transmissit, cui erat inscriptum:

*Petra dedit Petro, Petrus Diadema Rudolpho.*  
Sed unde hoc acceperit non indicat.